

Tormentillæ, }
 Bistortæ pulve- } ana semi drachmam.
 ratarum, }

Mastiches, scrupulos duos.

Laudani liquidi, semi drachmam.

Syrupi Myrthini compositi, sufficientem quantitatē, ut fiat massa Pilularum.

TROCHISCI.

TROCHISCI PURGANTES.

Trochisci de agarico.

R. Agarici albissimi & levissimi, pulverati ac per setaceum trajecti, uncias duas.

Zingiberis, semi drachmam.

Zingiber maceretur aqua Cinnamomi simplici, & cum ea fiant Trochisci secundum artem, in umbra siccandi.

Trochisci alhandal.

R. Carnis Colocynthidos albæ, a seminibus repurgatæ, uncias quatuor.

Minutissime concisam misce cum mucaginis Gummi Tragacanthi, aqua Rosarum extractæ, quantitate sufficiente; fiat massa exsiccanda. Probe exsiccata in pulverem tenuissimum redige. Huic pulveri de novo adde novam mucaginem Gummi Tragacanthi. Fiat massa in pastillos redigenda & exsiccanda. Tandem pastillos probe exsiccatos, & subtilissime pulveratos, per setaceum trajice, & cum nova mucagine formentur Trochisci rite exsiccandi.

G 5